Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



baptiste. Et contristatus est rex
propter ius iurandum et propt
simul discumbentes noluit eam
contristare. Sed mittens spiculator
Cumque introisset statim cum festi
natione ad regem petiuit dicens
Volo ut protinus des michi in disco
caput iohannis baptiste. Et contris
tatus est rex propter ius iurandum
et pter simul discumbentes noluit
eam contristare. Sed mittens spicula
tore precepit afferri caput iohan
nis baptiste et in disco et decollauit
eum in carcere et attulit caput eius
in disco et dedit illud puelle et puel
la dedit matri sue. Quo audito dis
cipuli eius uenerunt et tulerunt
corpus eius et sepelierunt illud in
monumento. Et conuenientes a
postoli ad thesum renunciauerunt
ei omnia que egerant et docuerant
Et ait illis Venite seorsum in deser
tum locum et requiescite pusillum
Erant enim qui uenebant et redi
bant multi et nec manducandi
spatium habebant. Et ascendentes
naum abierunt in desertum loc
seorsum et uiderunt eos abeun
tes et cognouerunt multi et pedes
tres de omnibus ciuitatibus con
currerunt illuc et preuenerunt eos
Et exiens thesus uidit turbam
multam et misertus est super
eos quia erant sicut oues non
habentes pastorem et cepit eos do
cere multa. Et cum iam hora fu
ceret multa accesserunt ad eum
discipuli dicentes. Deserta est
locus hic et iam hora preiuit
dimitte eos ut euntes in proxima
villas et uicos emant sibi cibos
quos manducent. Et ait illis.
Date illis uos manducare. Et
dixerunt ei. Euntes emamus
denarius ducentis panes et da
bimus eis manducare. Et dicit
eis. Quot panes habetis. Ite et vi
dete. Et cum cognouissent dicunt
Quinque panes et duos pisces. Et
precepit illis ut accumbere fa
cerent homines omnes secundum
contuberma super uiridem fenum.
Et discubuerunt in partes cen
tenos et quinquagenos. Et accep
tis quinque panibus et duobus pis
cibus intuens in celum benedixit
et fregit panes et dedit discipulis
suis ut ponerent ante eos et duos
pisces diuisit omnibus. Et man
ducauit omnes et saturati sunt
et sustulerunt reliquias fragmen
torum duodecim cophinos plenos
et de piscibus. Erant enim qui man
ducauerant quinque milia uirorum
Et statim coegit discipulos suos
ascendere naueni ut precederent
eum transfretum ad bethsaida do
nec dimitteret plebem. Et cum
dimisisset eos abiit in montem
orare. Et cum sero esset erat na
uis in medio mari et ipse solus erat
in terra et uidens eos laborantes
in remigando erat enim uentus con
trarius eis. Et circa quartam vi
gilliam noctis uenit ad eos am
bulans super mare et volebat